



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

20. An Capitulo Sede vacante competat privilegium Concilij Tridentini  
sess. 24. c. 6. de reformat. quoad dispensandum, & absolvendum? Et  
quid, quoad absolvendum ab hæresi? Et an Collegium Cardinalium ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

ordinis, sed iurisdictionis: ergo. Verum, quia tota difficultas in probando antecedenti consistit, probatur. Primum nam si pertinet ad actum Ordinis, fieret ab Episcopo induto Pontificaliter; sicut fit ipsa executio Degradationis. Secundum: nam hæc sententia non est aliud, quam punire delictum: ergo pertinet ad iurisdictionem. Tertio, si hæc sententia ferretur ab Episcopo consecrato, qui renunciauit Episcopatu; non teneret: ergo non est actus ordinis. Probo consequentiam: nam si huiusmodi Episcopus conferat ea, quæ sunt ordinis, facta tenent. Quarto Episcopi, qui debent assistere huiusmodi sententiæ, iudicant simul cum Episcopo proprio, & per consequens sunt verè Iudices: sed loco horum Episcoporum possunt modo assistere Abbates, vel alia persona in dignitate constituta; ut vult Concilium Tridentinum, *sess. 13. cap. 4.* ergo non est actus ordinis, sed iurisdictionis. Et idem Felicianus à Vega, in *cap. 4. §. de adulteris, n. 28. de iudiciis*, docet penam Degradationis actualis siue verbalis pro dictis criminibus maioribus, siue minoribus, imponi posse à proprio Episcopo, siue ab eius Vicario generali; cum hac tamen declaratione, quod hoc intelligatur respectu prolationis sententiæ, in qua fit condemnatio: non verò quatenus attinet ad factum eiusdem degradationis actualis, quia illud tanquam concernens exercitium ordinis Episcopalis, solum per ipsum Episcopum, & non per Vicarium expediti potest. Ita Vega. Sed Vicarius Capituli, Sede Vacante succedit Episcopo in his, quæ pertinent ad iurisdictionem, non autem ad ordinem Episcopalem: Ergo. Et hoc etiam confirmavit auctoritate Doctorum, & rationibus Ioseph Aldrete de Religiosa disciplina tuenda, *lib. 1. c. 3. num. 17. & 18.* vbi etiam notat, Episcopum electum, & confirmatum, nondum tamen consecratum posse cognoscere de criminibus depositione dignis, & deponere Sacerdotem, & verbaliter degradare, & remittere ad Episcopum consecratum, qui illum actualiter degradet. Ex quibus verbis, ego olim consului Vicarium Capituli, Sede Vacante, potuisse ferre sententiam degradationis contra aliquem, & actualem degradationem remittere Episcopo viciniore, vel alteri.

2. Nota hic obiter, quòd Prælati Regularis non potest iure communi deponere, nec degradare suos subditos, nisi competat ei consuetudine, vel privilegio Ita Nauarrus *l. 3. Consilior. consil. 58. de Regularibus n. 3.* Et quòd privilegium attinet, nullum tale inveni in compendio Minorum, cæterum in compendio Societatis Iesu, *verb. Prælat. §. 3.* est quoddam privilegium, quod credo extendi ad hunc casum, quantum ad depositionem verbalem tantum. Et ita observat Avila loco citato, & Pelizzarius in *man. Regular. tom. 2. tract. 7. cap. 3. sect. 4. n. 15.*

## RESOL. XIX.

An Capitulum Sede Vacante possit dispensare super omnibus irregularitatibus, suspensionibus, &c. quibus potest Episcopus vigore Concilii Tridentini *sess. 24. cap. 6?*

Et explanatur, quomodo non succedat Capitulum Sede Vacante in his, quæ competunt Episcopo iure speciali gratioso, videlicet privilegio vel commissione Pontificia; & quomodo succedat in his, quæ spectant iure communi speciali. Ex part. 8. tract. 4. Ref. 7.

Que nunc hanc sequetur, & supra in tr. 3. Ref. 26. §. vi. in principio.

§. 1. In part. 7. tract. 2. resolut. 3. pro negativa & affirmativa sententia plures Doctores adduxi, & ego probabiliter affirmativè adhasi, quam etiam tenent Baldellus *tom. 2. lib. 1. disp. 48. n. 22.* Merolla

*top. 3. disp. 7. c. 7. dub. 1. n. 26.* Solorzano de *Indiarum iure, tom. 2. lib. 3. c. 13.* & Felicianus à Vega in *cap. 4. de iudic. §. de adulteris, num. 53.*

2. Sed ne deseras, videre Riccium in *praxi tom. 3. resol. 265.* Et ratio est, quia Capitulum, Sede vacante, non solum succedit in iurisdictione ordinaria iure communi ad Episcopum spectante, ex *d. cap. cino olim. & cap. ad abolendam*, vbi gloss. *Episcopum pertinente*, ex *Abbat. in d. §. de adult. n. 17.* & *Dec. n. 150.* & cum à Concilio Tridentino in *dicto cap. 6.* etiam iure speciali, & hoc Episcopus ratione iurisdictionis concedatur merito Capitulum in dicta iurisdictione succedit, & in hoc casu dispensat.

3. Nec obstat, quòd Capitulum non succedit in his, quæ competunt Episcopo iure speciali, ex Innocentio in *cap. cum in cunctis n. 7. de elect. Abb. in cap. verum, n. 9. in princip. de foro compet. Azeved. ad Curiam Pisan. lib. 1. cap. 8. c. 10.* nam hoc est verum in his, quæ competunt iure speciali gratioso, videlicet privilegio, vel commissione Pontificia, non verò in his, quæ spectant iure communi speciali, ut in hac specie Concilii, ita docet *Abb. in dicto cap. verum, n. 9.* Felinus in *c. eam re. num. 17. de rescriptis.*

4. Et idem hanc sententiam, præter Doctores citatos, tenet Rodriguez in *summ. tom. 1. cap. 71. num. 5. & 25.* vbi sic ait: *Aunque algunos digan, que el Cabildo Sede vacante, no puede usar de la facultad concedida a los Obispos en el Concilio Tridentino sess. 24. de reformatione, cap. 6. atento que esta facultad no compete a los Obispos segun derecho ordinario, sino extraordinario, y el Cabildo Sede vacante, solamente sucede en la jurisdiccion ordinaria del Obispo, como lo afirma Suarez. Empero esta opinion nunc a me quadro, porque la facultad que en el dicho decreto se concede a los Obispos ya es ordinaria pues el derecho ordinario la concede, lo qual previene de la que dice el mismo Suarez, cuyas palabras son las siguientes. Præterea Concilium non limitat hanc potestatem, ut intelligatur concessa Episcopis tanquam delegatis Sedis Apostolicæ, quod aliis locis facere solet, sed simpliciter eam facultatem Episcopis concedit, ut ex vi illius decreti videatur hæc facultas iam annexa muneris Episcopali, quasi iure ordinario. Præterea, mas, porque el poder de dar grado de Doctor concedido à algun Obispo por razon de algun privilegio, compete al dicho Obispo conforme derecho ordinario, y passa en el Cabildo Sede vacante, si el Obispo la tiene por razon de privilegio perpetuo, el qual da jurisdiccion ordinaria, lo qual con mayor razon se ha de decir, quando el dicho privilegio está concedido por derecho comun, como consta de lo que trae Panormitano, comunmente recebido. Præterea, mas, porque el dicho decreto Concilial se hizo en favor de las almas, per lo qual segun derecho mas se deve estender, que limitar, y si el Capitulo Sede vacante no pudiese usar de su autoridad, bien se echa de ver el daño que se sigue à las almas, porque muchas vezes acaece estar la Iglesia vacante, y dos años, en el qual tiempo las vejas della carecerian deste remedio saludable contra la mente del mismo Concilio Tridentino, el qual encomendando la residencia à los Obispos, dice las siguientes palabras: Hi meminerint discessuri ita suis omnibus providendum, ut quantum fieri poterit, ex ipsorum absentia nullum damnum accipiant. Sic ille, cui adde Doctores, quos citat, & sequitur Merolla *tom. 3. disp. 4. c. 6. n. 132.**

## RESOL. XX.

An Capitulum Sede Vacante competat privilegium Concilii Tridentini *sess. 24. c. 6. de Reformat. quoad disp. in*

RESOL. XXI

An Capitulum Sede Vacante possit absolvere ab hæresi?

Et ex doctrina huius Resolutionis aliqua alia circa supradictam questionem inferuntur, & tandem explanatur, quod saltem per Bullam Cœne Domini hæc facultas absolventi ab hæresi est reuocata Capitulo Sede Vacante. Ex part. 8. tractat. 4. Ref. 6.

§. 1. Negatiue respondet Suar. in 3. part. tom. 4. sect. 2. num. 4. Ledesma, quem citat, & sequitur Trullench, in Decalog. tom. 1. lib. 1. cap. 3. dub. 3. num. 2.

2. Sed contra P. Baldellus tom. 2. lib. 1. disput. 48. num. 21. ubi adducit plures Doctores sentientes Capitulum, Sede vacante, verè gaudere facultate absolventi ab hæresi; quia, quamvis Capitulum non succedat Episcopo in iis, quæ illi conveniunt iure speciali delegato, vel ex commissione specialiter illi facta, de quo potest videri Sylvest. verb. Capitulum num. 3. & 4. succedit tamen in iis, quæ conveniunt iure speciali ordinario, ut tradit Panormitanus in cap. verum, num. 9. de foro competent. Felin. in cap. eam te, num. 17. de rescript. & ex illis Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 8. num. 210. cit. & talis est hæc tota potestas dispensandi, & absolventi; cum non detur personæ, sed dignitati, & officio in perpetuum quod signum est potestatis ordinariæ, & non delegatæ, ut videre est apud eundem Sanchez lib. 2. de matrim. disp. 40. num. 14. neque dicitur in verbis Concilij, quod detur Episcopis, tanquam delegatis Sedis Apostolicæ; quod esset signum potestatis delegatæ, quamvis esset in perpetuum, ex Gloss. in cap. ad abolendam, de hæresi. Panorm. ibidem, num. 9. & aliis apud Sanchez num. 10. cit. Neque obstat in contrarium, inquit Sanchez ibidem, declaratio Cardinalium, quod dicta facultas in Tridentino concedatur Episcopis privative quoad omnes alios Prælatos inferiores: tum, quia de tali declaratione non constat authenticè, neque est promulgata tanquam iudicialis, & habens vim legis; tum, quia non est intelligenda excludere Capitulum, quod, Sede vacante, verè in omnibus est loco Episcopi, & specialiter, quoad facultatem absolventi.

3. Et ita etiam hanc sententiam docet Fagundez in Decal. tom. 1. lib. 1. cap. 15. num. 19. ubi sic ait. Nominè Episcopi comprehenditur Capitulum, Sede vacante. Unde sicut Capitulum, Sede Vacante, olim poterat, vigore prædicti decreti Concilij Tridentini, sess. 25. de reform. cap. 6. ab hæresi, & aliis censuris Bullæ Cœne ante prædictam Bullam absolvere; ita hodie poterit in secunda opinione, quam probabiliorè iudicamus. Quamvis enim ea, quæ iure speciali competunt Episcopis, non transeant ad Capitulum, ut cum communi docet Innocentius in cap. cum in cunctis, num. 7. de elect. & Abbas in cap. verum, num. 9. de foro compet. & hæc facultas iure speciali in eo Concilij decreto illis sit concessa: attamen id intelligendum est de iis, quæ Episcopis competunt ex commissione, & ex iure speciali delegato; non verò de iis quæ illis competunt iure speciali ordinario. Hæc autem facultas illis conceditur iure speciali ordinario, non delegato, quia conceditur illis ratione officij, & dignitatis, non personæ. Ita Fagundez, cui novissime addendus est P. Banius in Theolog. mor. tom. 1. tract. 11. quest. 26. ubi sic asserit. Notare lubet primo, quod Episcopus

disponendum, & absolventum?  
Et quid quoad absolventum ab hæresi?  
Et an Collegium Cardinalium Sede vacante gaudet hac facultate Concilij? Ex part. 7. tractat. 2. Ref. 3.

Negatiue respondet Filiucius, tom. 1. tract. 120. cap. 10. num. 276. Suarez de Cens. tom. 5. disp. 41. sect. 2. num. 13. Leo in Theol. for. tract. 10. num. 8. Alterius de Cens. tom. 2. disput. 3. cap. 3. conclus. 4. Bonacina de Cens. disputat. 7. cap. 5. punct. 1. num. 6. & Stephanus de Aluin. de iure Episcop. cap. 27. num. 1. Et quo ad facultatem absolventi ab hæresi tenet etiam hanc sententiam Ledesma tom. 2. tract. 1. cap. 6. post 20. conclus. 4. §. 1.

1. Probat hæc opinio, quia Sacra Congregatio, ut refert Suarez loco citato & etiam Garzias de benef. part. 7. cap. 11. num. 15. declaravit prædictam facultatem concedi solum Episcopis privative, quoad omnes alios, ergo in dicto cap. Concilij excluditur Capitulum Sede Vacante. Secundò, quia Capitulum Sede Vacante, succedit in his, quæ sunt iuris ordinariæ iure communi generali ad Episcopum spectantis, non verò in iis, quæ competunt Episcopo iure speciali, ex Innocentio, in cap. cum in cunctis, num. 7. de elect. Abbate, & aliis, quos allegat Censò infr. cit. Sed huiusmodi facultas convenit Episcopo, non iure generali, & ordinario, sed speciali, & extraordinario, ipsis Episcopis concessio, ergo non transit in Capitulum, Sede vacante. Ergo, &c.

2. Sed his non obstantibus contrariæ sententiæ ad hæreo, quam tenet Marcellus Vulpe in Praxi cap. 44. num. 9. Piacensis in Praxi nova part. 2. cap. 1. num. 16. Alzedus in Praxi part. 2. cap. 6. num. 7. Cavantus, in Mar. Episcop. ver. Capitulum, Sede Vacante num. 48. Caspensis in Cursu Theol. tom. 2. tract. 1. disput. 17. num. 118. Sanchez de Matrimonio lib. 3. disp. 2. num. 10. Garzias de benef. part. 5. cap. 7. num. 41. & me citato cum aliis Barbola de Praxi Episcop. part. Allegat. 39. numer. 16. quibus omnibus adde Sanctarellum, tract. de Hæresi cap. 5. dub. 1. num. 5. Villalobos in summa tom. 1. tract. 21. disputat. 5. num. 5. Et ratio est, quia Capitulum, Sede vacante, non solum succedit in his, quæ competunt Episcopo iure communi generali, cap. cum in cunctis, de Maior. & obed. Sed etiam in his, quæ iure speciali competunt Episcopo tanquam ordinario, & Episcopo, & ex iurisdictione ordinariæ: ut in iurisdictione, quam habet Episcopus ex consuetudine, ut docet Abbas in dict. cap. cum olim. 10. quest. 8. & in cap. si Clerici §. de Adulteriis. De ind. Decius ibid. n. 150. Censò Collectaneo 4. ad decretales Sixti num. 3. Garzias dict. cap. 7. num. 40. plures alios citans. At prædicta facultas licet competat Episcopo iure speciali dicti Tridentini, tamen competit ei iure communi, & ex iurisdictione ordinariæ ei tributa per dictum decretum, cum sit potestas competens non personæ, sed dignitati, vel officio in perpetuum; & consequenter ordinariæ, ergo Capitulum, Sede Vacante, succedit in prædicta iurisdictione dispensandi, & absolventi. Unde ex his patet responso ad rationes Bonacinae, & Filiucij adductas in contrarium. Nota etiam hic, quod Collegium Cardinalium Sede Vacante, gaudet hac facultate Concilij. Ita docet Caspensis in Cursu Theologico tom. 2. tract. 1. disput. 5. sect. 17. num. 120.

Sup. hoc curim in fine §. precedentis Ref. & lege doctrinam Ref. & §. not. seqq.

LIBRERIA  
D. III. IV. V  
E. III